

Esai. 42, 8. Totum autem hoc nostrum scire, quaecumq; est, totum est, inquam, Ipsius. Nihil sibi ex ista laude ingenium, nihil iudicium, nihil assidua lectio, diligentia, nihil honor & dignitas alicuius decerpit. Quin etiam illa ipsa omni scientie acquirenda adminicula: $\Phi\acute{o}\sigma\iota\varsigma$, $\mu\alpha\theta\eta\sigma\iota\varsigma$, $\alpha\text{-}\tau\epsilon\chi\eta\sigma\iota\varsigma$: in istius se societatem gloria non offerunt. Deo cedunt: Dei esse totam & propriam facentur. Quid enim habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? 1. Cor. 4, 7. Nunquid igitur gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? quomodo si elevetur virga contra elevantem se, & exaltetur baculus, qui utique lignum est, Esai. 10, 15. Unde recte imperatoris in modum Cyprianus: In nullo gloriandum est; quia nihil est nostrum. *Veteres Aretalogi Germani:*

Plutarch.
de iusticia.

Drey K gebühren Gott allein/
Rächen/Richten/Rühmen ins gemein/re.

Conf. D. Kromayer
Not. MSS. in D. Gerhardi
Aphh. Theol. Sylog. XXI.
§. 23.

II X. Solius quidem, h. e. Deo insuper habitō. Qualis erat gloria Palemonis Grammatici Vicentini, qui de se vaticinatum fuisse gloriatus. Virgilium fuit illō Eclog. 3:

Audi haec tantum, vel, qui venit ecce Palemon.

qs. ipsum omnium controversiarum eruditum iudicem constituisse) secumq; natus & perituras literas impudentissime mentitus fuit, 2. Chryppi, qui: si dii discere vellent Dialectiam, eos non nisi Chryippea infuros: perhibuit, memorante Plutarch. in Apophthegm. 3. Menecratis medici cuiusdam Spartani, qui quum desperatae quaedam curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatione dictus est Jupiter, qs. ve-
e juvans pater. Quo cognomento (vir arrogantis ingenii) delectatus, insolentius usus est eo titulo. Tandem quum & Agesilao regi Spartanorum scriberet, nec veritus esset hac uti salutatione: Menecrates Jupiter Agesilao regi salutem: Rex eo proemio offensus praeterea

Conf. inf. CL. Franckenstein
Exerc. in Ep. ad Philen. Obs. 2.
p. 717.
- l. 1. §. 2. quod
- quisq; jur.
- & l. 5. § 2. ne.

nihil dignatus est legere. sed tantum rescripsit in hunc modum: Rex Agesilao Menecrati $\psi\gamma\iota\alpha\iota\upsilon\delta\upsilon$. Erasm. in Apophth. Agesilai: * Ubi ver-
um $\psi\gamma\iota\alpha\iota\upsilon\delta\upsilon$ cum effectu (ut loquuntur $\text{J}C\text{ri}$) accipiendum, h. e. tam re-
ectu animi quam corporis. Optat enim illi

A 3

HE